



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII

De Christi nudatione ad columnam ligandi. Theor. XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

turbam in proposito vt maneret, petendo Barrabam sibi dimitti, crucifigendū Iesum. Reclamauit Pilatus, dicens: *Quid enim mali fecit? pro quo vultis eum crucifigam illum? Ego mortis non inuenio in eo causam. Corripit eum, & emendatum dimittam.* Quanquam verò Pilatus hoc pia intentione fecerit, vt cum latrone illum proponeret eligendum sperans Barrabam eligendum, propter nimiam eius facinorositatem, propterea enim Iesum cum eo ad eum erat facinorosus, proposuit: quo si magis habuisset aliquem flagitiosum ac pestiferum, illum cum Christo eligendum improbandum vè proposuisset vt Christum tam scelerato comparatum, faceret minus exosum, magisque vitam eligendum. Hoc enim voluit Pilatus, vt si Iesum non dimittere vellent, vt innocentem, dimitterent saltem vt mortis reum (quamuis eum reum non esse testabatur) ob priuilegium festi. Quod vt obtineret, pessimum quem habuit vincitū, cum illo proposuit, vt eum eligere vellent interrogans. Sed inuincibile fuit odium Iudæorum aduersus Iesum. Atque id eadem maius non potuisset proponere Pilatus, qui non vita dignior habitus apud eos fuisset quam Iesus. Quomodo igitur cœperam dicere, tametsi pio animo, hoc est, studio liberandi Christum, ita fecerit Pilatus, in maximam tamen accessit Christi ignominiam, in opprobriumque maximum, quod tam scelerato comparatum latroni: cui vel ad eum habetur similis, vt optio detur quæ etiam sit cum deliberatione habenda, vter sit preferendus tanquam melior ac vita dignior. At expende nunc quanta sit Christo contumelia, quantaque blasphemia, quod latro pessimus illi antefertur, ipse deterior viliorque illo iudicatur: imò iam vita adhuc seruandus iudicatur, Christus interficiendus: quod vt fiat, etiam summopere clamatur atque rogatur.

Precatio pro sui contemptu.

Domine mi Iesu Christe, qui ad eum despicis, ad eum vilis voluisti haberi, vt non solum latroni comparari, verum etiam tanquam latrone nequior, vitæque indignior probari voluisti: da nobis, vt nostri ex animo diligamus contemptum, & turbaris sitibundum in nobis perseueret desiderium, qui es benedictus in secula. Amen.

DE CHRISTI NUDATIONE AD COLUMNAM
ligandi. Theorema XVII.

ARGVMENTVM.

Qui causam nullam habet erubescendi, propter nos erubescit nudatus.

IESUS ERUBESCENDI CAUSAM VT DIVERSAM
a nobis habuerit. Concio XVII.

Nuditatis
sua erubescencia
vnde acciderit
homini.
Genes. 3.

Compertissimum omnibus puto erubescenciam nuditatis nostræ nobis ex peccato per inobedientiam & prauaricationem primorum parentum nostrorum, nobis accidisse. Siquidem vt scriptura refert, antequam peccarent Adâ & Eua in paradiso, erant ambo nudi, nec erubescabant. Quare profecto quia nihil in carne eorum erat obscenum, nihil turpe, nihil rationi repugnans: sed omnia tranquilla, subdita, rationi consentanea atque obtemperantia.

Ignominia
quæta Christi
accesserit
ex eius cum
latrone comparatione.